



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et  
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,  
Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Ad Jacobum Philippum Ninium, Alexandri VII. Pont. Opt. Max. Cubicularium  
Intimum, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

112 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.

At mox, favente Delio, tuis curis  
Deterfa, doctrinæque luce perfusa  
Legentur, & qua Sol renatus Eoo  
Surgit cubili, quaque conditur fluctu.  
Quare secundo munus inclytum plausu  
Volare docta per virum sinas ora  
Late, benigno, Nalde, FLAVII tutum  
Favore, nuper arte qui tua, multa  
Cum laude, rebus restitutus Urbanis,  
Regnique curis, publicæque terrarum  
Felicitati, PATRUOQUE servatus  
Excipiet, usque muneris memor tanti,  
Tui sereno lumine ingeni fœtum:  
Ejusque sidere æctus invidus livor,  
Et Zoilorum turba cedet, ut nubes  
Fugit corusci pulsa Solis aspectu,  
Pontique sævientis atra tempestas,  
Simul refulsi alba stella Pollucis.

A D

JACOBUM PHILIPPUM NINIUM,

ALEXANDRI VII. PONT. OPT. MAX.

CUBICULARIUM INTIMUM, ET SUPPLICIBUS LIBELLIS PRÆPOSITUM.

**N**INI, meorum leête flos amicorum,  
Cui melle Hyblæo dulcius fluit puræ  
Orationis nectar ore facundo:  
Rerum potenti cum refers ALEXANDRO  
Negotiosa supplicantium vota,

Humani-